UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jnstitutio moralis philosophie metrica

Horatius Flaccus, Quintus

Dauentrie, 1504

Joa[n]nes Cesarius Juliacensis Leonardo pricardo aquensi presbytero ac bona[rum] artium studiosissimo Salutem plurimam dicit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70184

Visual Library

**Joānes Ceſarius Juliacenſis Leonardo pri-
cardo aquenſi preſbytero ac bonaꝝ artium ſtu
dioſiſſimo Salutem plurimam dicit.**

Sunt pleriqꝫ hac precipue tempeſtate qui nouitioꝝ poti⁹ q̄ꝫ
veterū poetarum lectione delectentur Leonarde doctiſſi
me ob quam autem cauſam neſcio niſi forſan quia (vt trito puer
bio dicitur) noua magis placent Quinimo ꝛ aurū neglectū cui
nō placet: Sane hoꝝ iudiciū nec laudo valde. nec omnino ip̄ro
bo. Attamen ſi quid in me recti iudicij fuerit .antiquiores ip-
ſos p̄feram ipſe iunioribus ꝙ apud illos nō mō maioꝛ ſit auctori
tas (q̄ quidē plurimū in grammatica valet autore Quintiliano)
verum etiam vetuſtas quedam in illis comprobeť. que (vt idem
auctoꝛ atteſtať) nō ſolū magnos hꝫ aſſertores. ſꝫ et ipſi q̄ꝫ oratio
ni maieſtatem haud paruam affert non ſine delectatione. Adde
preterea ꝙ ātiquiores illi velut aurum in fornace iam probati ab
omnibus recepti ſint commendenturqꝫ Neqꝫ vero ꝙ de religio
ne ſe tueantur, plane accepto. Cum ſint ꝛ alij huiuſce rei codices
q̄ꝫ plurimi longe ꝑfecto aptiores, q̄ꝫ ꝙ ex poetis de religiōe diſpu
tetur. Et vtinā nō adeo prophanis ſacra immiſcerentur Quare
cū id ita ſit. ſtatui his dieb⁹ q̄ꝫ ꝓmū. ex vetuſtioribus illis poetis:
Horatij. Flacci morales epiſtolas noſtris auditoribus exhibe-
re. ac curo vt ſine commentarijs propediem imprimantur Nec
ab re quidem ꝙ certe he ſanam quādam vite componende doctri
nam in ſe contineant: ꝙqꝫ pulchram morum pre ſe ferant inſti-
tutiōem. adiectis tantummodo ad cuiuſlibet epiſtole caput argu
mētis. quo. que ſit vniuſcuiuſqꝫ epiſtole ſubiecta materia: ꝛ̄ prop
tu habeatur A vocabuloꝝ quidem expoſitione abſtinere conſiliū
quoqꝫ fuit. ꝙ qui hoc faciunt. videātur potius ipſis ſcholaſticis
rectam ipſorum poetarum preripere intelligentiam q̄ꝫ dare. nec
non ꝛ ab illa etiam verboꝝ ſcilicet ꝛ conſtructibilium (vt aiūt)
ordinatione. Siquidem illud puerile magis ſit. q̄ꝫ ꝙ ita paſſim
poetas grauiſſimos commentari deceat. Itaqꝫ mi: Leonarde
tam et ſi non dubito fore quoſdam. qui hoc noſtrum in ea re pro
poſitum detractabūt, tuā tn̄ tociēs expertus beniuolētiā et inge
nij bonitatē. quo me ab huiuſmodi moleſtia ꝑ te vindicandū cer-
to ſcio. rem ip̄am tandem aggrediar intrepidus. Uale ex Dauē
tria tercio calendas Nouembris